



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

iiij. De Bigamia irregularitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- arg. & Tabiena, verbo, corpore vitiatu, nu. 3. §. Secundo. Syl. est. verbo eod. q. 2. Naua. in Manual. c. 27. nu. 252. vers. contra tamen. Maiol. lib. 1. c. 2. nu. 1. vers. Quinta. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. nu. 29. Cosmus Philarchus lib. 4. ca. 6. in fine Greg. de Valent. Tomo 4. Disp. 7. Quæst. 19. Puncto 2. in fine. Quod intelligi debet secundum eod. de in DD. quando de factu, aut debilitatio culpa sua non aduenit, si enim culpa sua aduenit, non poterit etiam hec exercere.
- 30 *Duo decima est*, Ut incuratur irregularitas, non satis est conatus, vel desiderium criminis perpetrandi, ob quod illa incurritur, sic Cou. in Clem. Siffuriosas, par. 2. in princip. nume. 1. de homicid. & omnes DD. citati Regula quarta. Quia in materia penali non sunt extendenda pena; Unde si quis vulneret, non tamen occidat, aut mutilet, etiam si miraculosè viuat vulneratus, non erit irregularis, ex Soto lib. 5. de iust. & iure, q. 1. art. 9. ante medium. Fr. Medin. lib. 1. cap. 11. §. 10. & alij in regula 4. allatis.
- 31 *Decima tertia est*, Cessante causa irregularitatis cessat irregularitas. Sic expresse Ioan. Andr. & Bern. in ca. cum inter Canonicos de elect. Simon Maiol. lib. 1. de irreg. cap. 2. num. 5. §. Nona, & facit c. statumimus. §. His omnibus, & c. Neophytus. d. 61. vbi S. Ambrosius nondum baptizatus in Episcopum fuit electus, & ait *electionem meam id est ordinationem meam occidentales Episcopi iudicio, orientales exemplo probauerunt*, & habetur epist. 82. ad Vercellenses, vt Leo I. & Ioa. Damascenus, quibus abscisse manus fuerunt, miraculo postea restitute sunt, & ita cessauit impedimentum illorum, vt refert Simon Maiol. lib. 1. de irreg. c. 2. num. 6. & cap. 14. num. 4. ex Sabellico lib. 5. & Andr. Ebor. tit. de castit. & tit. de mirac. Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 24.
- 32 *Decima quarta est*, Quicumque post peractam penitentiam ordinis executionem non habent, verè sunt irregulares. facit cap. Nisi cum pridem, §. 1. de renunciat. & Specul. titulo de dispensat. §. iuxta. versic. sunt quoque irregulares vbi ponit 18. casus, in quibus post peractam penitentiam quis manet irregularis. Nau. in Manuali, capitul. 27. num. 191. & Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irreg. in prin. qui duo hanc particulam etiam in definitione irregularitatis posuerunt, quam etiam ponit Alphons. Viuald. tract. de irreg. nu. 5. & Cosmus Philarchus lib. 4. c. 6. in principio.
- 33 *Decima quinta est*, Potestas absoluendi a peccatis, & a censuris omnibus non se extendit ad dispensandum in irregularitate. Vnde quando in Bullis & Iubilæis datur facultas absoluendi ab omnibus censuris, non datur facultas dispensandi in irregularitate. Sic Mart. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. artic. secundo tract. de irreg. in princip. versicul. Quarta regula est. Nauart. in Manuali, capitulo 27. numero 194. versic. Quarto & numero 254. versic. Decimo dico. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. numero 331. Iacob. de Grassijs, libro 4. capitulo 15. numero 27. Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali part. 2. in verbo, Irregularitas dub. 7. Cosmus Philarchus de officio Sacerd. part. 1. libro 4. capitulo 6. Notab. 6. Domin. & Alex. in cap. Miror. d. 50. Villadiego tractat. de irregularit. column. 43. Ratio est: quia appellatione censuræ non venit irregularitas ea. Quærent. de verb. signif. & quia a censuris absoluitur, in irregularitate vero dispensatur, quæ duo diuersa sunt. His igitur Regulis expofitijs, ad irregularitates ipsas explicandas veniamus.
- pellat.
- 5 *Bigamus incontinens esse censetur.*
- 6 *Bigamus viduitatis, & incontinentie hortator non inducatur.*
- 7 *Bigamus propter defectu Sacramenti irregularis habetur.*
- 8 *Matrimonium a Christo in lege Evangelica in Sacramentum institutum est.*
- 9 *Bigamie irregularitas ex duobus capitibus oritur, & quoniam illa sint.*
- 10 *Vxorum pluralitas lege Evangelica prohibetur.*
- 11 *Bigamie irregularitas in lege veteri non erat.*
- 12 *Matrimonium in lege veteri Sacramentum non fuit.*
- 13 *Vxorum pluralitas per verba de præfenti citra consummationem bigamie irregularitatem non inducit.*
- 14 *Sponsalia iterata citra copulam, aut cum copula irregularitatem non causat.*
- 15 *Matrimonium ratum, sed non consummatum cum duobus irregularitatem non facit.*
- 16 *Adulteria iterata, & fornicationes plures irregularitatem non inducunt, & quæ huius sit ratio.*
- 17 *Coitus contra naturam, & extra vas debitum, ad contrahendam bigamie irregularitatem non sufficit.*
- 18 *Bigamie varieg species ab auctoribus enumerantur.*
- 19 *Vxorum pluralitas simul, non solum iuri scripto, sed etiam iuri naturali aduersatur.*
- 20 *Bigamus an iure diuino, vel humano irregularis sit, variæ sententiæ Doctorum afferuntur.*
- 21 *Apostoli, non solum Apostoli, sed etiam Ecclesia reueres, & pastores fuerunt.*
- 22 *Iuris Diuini quænam esse censentur.*
- 23 *Bigamus an sit, qui ante baptismum duas uxores, aut viduam, aut corruptam duxerit.*
- 24 *Femina ante baptismum corrupta inter virgines post baptismum consecrari non potest.*
- 25 *Lex Pontificia qualiter infideles obliget.*
- 26 *Baptismus irregularitatem ex Bigamia contractam non tollit.*
- 27 *Bigamus quare irregularitatem ex homicidio contractam tollat, non autem eam, quæ ex Bigamia contrahitur.*

De Bigamie Irregularitate.

Cap. III.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Bigamie irregularitas antiqua est, & ex Apostolorum decretis originem trahens.*
- 2 *Bigamie vox quid significet, & vnde deducta.*
- 3 *Bigamia qualiter ab auctoribus definitur.*
- 4 *Bigamie irregularitas quare ab ordinum susceptione re-*

Inter alias irregularitates vna ex antiquioribus, & expulsum Apostolorum decretis originem trahens est Bigamia, prout colligitur ex 1. Timot. 3. vbi prohibetur quis ad Dei ministerium accedere, nisi vnus tantum vxor fuerit; quo loquendi modo, non excludit eos, qui nullam omnino vxorem duxerunt, sed qui plures quam vnâ duxerint, adeo, vt necesse sit, vt vel nullus vxoris vit fuerit, vel vnus tantum, vt optimè Innocentius Papa I. epist. 3. cap. primo, & habetur in c. Proposuiti, & ibi glo. in verbo, *sed propter incontinentiam*, dist. 82. & S. Hieron. in epist. 83. ad Oceanum, & habetur in capitulo primo, & ibi glos. in verbo, *Vnius*, dist. 26. & Greg. Tholosanus in Syntagma reueris, par. 2. lib. 9. cap. 26. no. 11. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. §. 1. & 3. interpretantur. Vnde, si quis plures, quam vnâ vxore expertus sit, quasi bigamus ab ordinibus excludi debet.

Est autem Bigamia, si vocem ipsam interpretemur, quod binæ nuptiæ, deduciturque a voce *γᾶμος*, id est nuptiæ, seu a verbo *γαίω*, id est nubo; vnde Monogamio, dicitur vnus vxoris vir, scilicet, qui vnâ tantum vxorem habet, vel habuit; Ex gl. in capitulo primo, in verbo, *Monogamum*, d. 26. Bigamus verò, duarum vxorum vir, hoc est, qui duas habet, vel habuit vxores, ex gl. in c. Vnâ, in verbo, Bigamus, d. 26.

Definitur autem Bigamia a nonnullis, *defectus ex fructibus nuptijs proueniens*. Sic Palud. 4. d. 27. quæst. 4. articulo primo, Goffred. in Summa titulo de Bigamis, Gabr. 4. d. 27. q. 3. articulo 1. Tabiena, verbo Bigamia, in principio. Cosmus Philarchus libro 4. capitulo 7. Gregor. de Valentia tomo 4. disput. 7. q. 19. puncto 3. q. 1. Definitio multu

placet, quandoquidem conteribilis non est cum suo desi-
nito, cum multis alijs modis, quam ex secūdis raptijs pro-
ueniat bigamia, sicut ex sequentibus apparebit; Rectius
ergo definitur ab Hostiensii in Summa, libro primo, titulo
de Bigamis non ordin. num. 1. & Couar. in Clem. si furio-
sus, par. 1. §. 2. nu. 1. de homicid. & Ioan. Montagna. in tra-
ctat. de irreg. Bigamiae in princ. Irregularitas defectu Sacra-
menti pronuntians, arg. cap. Acutius, d. 26. Ioan. Bachon. 4. d.
2. §. q. 3. art. 1.

Irregularitas autem hęc Bigamiae, ex defectu multipli-
ci ab ordinum susceptione repellit.

Primo quidem, propter ordinis prerogatiuam, sic glos.
in Summa, d. 26. in verbo, sequitur. Summa Confess. libro
tercio, titulo tertio, quæst. 2. Alphonsus Viualdus tract. de
Irreg. numero 20. Sebast. Medicæ, parte 2. Summe, titulo
9. quæst. 29. & Host. in Summa libro primo, titu. de temp.
ordin. §. Secunda Regula, numero 15. & Simon Maiol. li-
bro primo, de irreg. capit. 33. numero secundo, & colligitur
ex ca. Qui sine d. 26. ubi dicitur, Qui iterum coniugium,
culpa non habet inquinat, sed prerogatiua exiuitur
Sacerdotis, qui locus ex S. Ambr. lib. 10. epist. 82. ad Verce-
lensis, desumptus est.

Secundo, Propter signū incontinentiæ, cum vxore mor-
tuam aliam duxerit, ex glo. & Host. ubi supra Mart. Ledesin.
24. quæst. 2. artic. 1. tract. de irreg. in princip. & Dur. 4. d.
27. quæst. 4. nu. 6. & Innocent. 1. epist. 3. cap. 1. & habetur
in ca. postulasti, dist. 32. & Greg. Tholosanus, in Syntagm.
iuris, part. 2. libro 16. cap. 10. num. 8. & Summa Confess. li.
3. tit. 3. quæst. 2. Alphons. Viuald. ubi supra, numero 20.
Sebast. Medicæ, part. 3. titu. 9. quæst. 29. Cum enim in Ec-
clesia in omniis maxima spiritualitas apparere debeat, ex
eo quod spiritualia administrant, & spiritualia docent, &
in spiritualibus occupari debent, spiritualitati autem ma-
ximè repugnat concupiscentia, per quam totus homo ca-
ro efficitur, non debet, aut deest, ut aliquod signum con-
cupiscentiæ permanentis in ei appareat, quod tamen ap-
paret in bigamis; qui una uxore contenti esse noluerunt;
quam etiã rationem affert Sotus 4. d. 27. q. 3. art. 1. Con-
clus. 1.

Tertio, Ex eo quod non potest esse uirginitatis, ac conti-
nentiæ adhortator, qui coniugia ipse frequenter, sic glo.
& Host. & Ledesin, ubi supra. Specul. tit. de dispens. §. uir-
tutis. Defectus. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 2. Al-
phons. Viuald. ubi supra, nu. 19. Sebast. Medicæ, part. 2. tit.
9. q. 29. Maiol. l. 1. de Irreg. c. 33. nu. 2. & habetur in c. vna,
d. 26. ex Ambros. lib. 1. de offic. c. ult. & Greg. Tholosanus
ubi supra.

Quarto, Propter defectum Sacramenti, sic glos. & Host.
& Ledesin, tit. 1. de S. Thom. in addit. 3. part. quæst. 66. art.
1. R. ch. 4. d. 27. art. 4. q. 1. Palu. ead. dist. quæst. 4. art. 4. Con-
clus. 1. Dur. d. 27. quæst. 4. num. 5. Ioan. Bachon. 4. dist. 25.
quæst. 3. art. 2. Gabr. 4. d. 27. quæst. 3. art. 1. S. Anton. 3. part.
tit. 1. de irreg. cap. 3. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæst.
2. Summa Aftensis, par. 2. lib. 6. tit. 7. quæst. 1. ubi etiam af-
fert primam, & secundam rationes supra allatas. Syluester
uero, bigamia, in princip. Tabiena, uerbo, eod. nu. 1. Sotus
4. d. 27. quæst. 4. art. 1. Conclus. 1. Nau. in Manual. ca.
17. num. 195. ubi has omnes rationes enumerat. Couar. in
Cem. Si factiosus, part. 1. §. 2. nu. 1. de homicid. Simon Ma-
iol. lib. 1. de irreg. c. 33. numero 3. Alphons. Viuald. ubi su-
pra, num. 18. & Cosmus Philarchus lib. 4. ca. 7. Greg. de Va-
lena tomo 4. Disput. 7. Quæst. 19. Puncto 3. Sebast. Medi-
cæ part. 2. Summe, tit. 9. quæst. 29. Tolerus lib. 1. cap. 26. &
Henriquez lib. 2. de Sacram. Matrim. cap. 6. §. 9. & lib. 14.
de Irreg. cap. 4. §. 1. & hęc communior ratio est: quam
etiam reddidit Bellarm. libr. 1. de Sacram. Matrim. capit. 9. in
fine; Et enim inconueniens, ut qui ordinum susceptione
Minister Sacramentorum constituitur, defectum aliquem
Sacramenti in se patiatur. Quod autem talis Sacramenti
defectum patiatur, ex eo patet: quia Matrimonium a Chri-
sto Domino in lege Euangelica in Sacramentum institu-
tum est, Concil. Trid. sess. 24. de Matrim. in princip. Ephesi-
1. Ratio autem Sacramenti expositulatur, ut sit significatiuū;
Cuiusmodi Matrim. in Sacramentum sit, significat v-

nionem Christi cū Ecclesia; Quæ Christi vnio cum te du-
pliciter habeat, vel cum anima tantum, per fidem, & cha-
ritatem, quæ significatur per Matrimonium ratum, & nõ
consummatum; vel cum Ecclesia per assumptionem car-
nis, quæ significatur per Matrimonium consummatum;
tunc certe Matrimonium Sacramentum erit, & simul per
fecte significabit, quando non solum vnio erit per animo-
rum consensum, sed etiam per copulam maritalem, &
carnis commisionem, ut eleganter Innocentius III. in ca.
Debitum, de Bigamis, ostendit. Ex quibus constat Biga-
mos, ex defectu Sacramenti ordinari sacris non posse non
quidem quasi eorum matrimonium Sacramentum non
sit, sed quia perfecta Sacramenti significatione carẽ. Qui
enim Monogamus est significat Christum ita esse vnium
vniois coniugis vitum, ut nunquam alteram habuerit; qui
autem bigamus est, significat quidem Christum esse vnū
vniois, quod ad Sacramentum sufficit, sed non significat
ita esse vniois Ecclesiæ sponsum, ut non fuerit alterius, & i-
deo non perfecte significat vnionẽ Christi cū vna Ecclesia.

Vnde patet, Bigamiae Irregularitatem ex duobus præci-
pue capitibus oriri posse.

Vnum est, ex multiplicitate vxorum quæ polygamia, seu
vxorum pluralitas duobus adhuc modis intelligi potest,
vel simul, vel successiue; Simul, id est, viderem vir simul ha-
bere plures vxores, vnam de iure, alteram de facto, sicut
piscis illis Hebræis licuit vxorum pluralitas ex diuina di-
spensatione, ut docent Innocent. III. in c. Gaudemus, de di-
u. ordijs; quæ tamen in Lege Euangelica prohibetur, immo
contra tales tanquã suspectos de fide procedi potest, qua-
si male sentientes de Sacramentis Ecclesiæ, ut tradit So-
tus 4. d. 33. q. 1. art. 2. post Dominic. & Lapum, in c. accusa-
tus, §. Sane de hæret. lib. 6. & habetur in Iudiciali Inquisi-
torum, in verbo hereticus. nu. 22. ut testatur Simon Maio.
lib. 1. de irreg. c. 33. num. 11. successiue, ita ut mortua priorẽ
coniug. ducat secundam, & mortua secunda, ducat ter-
tiam &c. quæ nunc licita est, iuxta i. lud. 1. Corint. 7. Mu-
lier, si dormierit vir, cui vult nubat, tantum in Domino, &
habetur in c. aperiant, 3 r. q. 1. ubi S. Hieron. in apologia ad
Pammachium contra Iovinianum ait: Non damno biga-
mos; immo nec trigamos, & si dici potest octogamos, & ibi. in
c. Quod si dormierit.

Alterum est, ex eo quod licet vnica sit non tamen sit vir-
go, sed corrupta; ex quo duplici capite irregularitas con-
trahitur, cum in vtraque perfecta Sacramenti significatio
desit, quandoquidem Christus vnica tantum assumpsit
Ecclesiam ex omnibus gentibus collectam c. acutius, d. 26.
& non solum vnã, sed etiam immaculatam assumpsit,
Ephes. 5. Ex defectu igitur tum perfectæ huius significa-
tionis, tum ob alias causas, merito bigami ad sacros ordi-
nes, tanquam Irregulares, accedere prohibentur.

Ex hac autem Bigamiae explicatione, & maxime ex hac
ultima ratione, nonnulla inferuntur, pro meliori huius Ir-
regularitatis intelligentia, nõ tã scitu vnica, quã necessaria.

Primum est, Hanc Bigamiae irregularitatem in lege ve-
teri non exiuisse ex Soto 4. d. 27. q. 3. art. 1. §. Bigamus. Al-
phons. Viuald. tract. de Irreg. nu. 16. quamuis nonnulli con-
trarium affirmant; quia in lege veteri Summus Sacerdos
esse nõ poterat, nisi habuisset vnica[m] vxorem virginem, &
non repudiata[m]; ut aiunt Innoc. & Host. in c. Nescium pri-
dem, §. persona, se renunciat. Quia irregularitas hæc proce-
dit ex defectu perfectæ significationis vnionis Christi cū
Ecclesia; At vero apud veteres Matrimonium non fuit Sa-
cramentum, ergo apud veteres non fuit defectus huius-
modi significationis. Preterea, cum in Matrimonio tri-
plex bonum reperitur, Proles, Fides, & Sacramentum, in-
statu naturæ, matrimonium in officium naturæ institutū
fuit post lapsum vero in remedium concupiscentiæ; in le-
ge vero gratiæ in Sacramentum significatiuum vnionis
Christi cum vna Ecclesia; Et denique licet apud veteres
Patres Polygamia fuerit ex diuina dispensatione in usu,
non tamen expolygamia simpliciter oritur irregularitas
ista, sed ex Sacramento Matrimonij, quia sicut diximus ma-
trimonij quod in lege gratiæ in Sacramentum institutum
est, significatiuum est vnionis Christi cum vnica Ecclesia, cui

bigamia, siue ex polygamia, siue aliunde procedat, reputatur.

- 13 *Secundum est*, Pluralitas vxorum per verba de presenti contra continentiam, irregularitatem bigamiae non inducit, sic S. Thom. in addit. 3. par. q. 66. art. 1. ad 3. Gabr. 4. dist. 27. quaest. 3. art. 1. Notab. 1. Soto 4. dist. 27. quaest. art. 1. Bigamus. Summa Corona tract. de irreg. numer. 6. & Alphons. Vivald. tit. eod. nu. 21. Marcus Anton. Cucchius lib. 1. Institut. Iuris Canon. titulo 5. Ioseph. Angles in florib. 4. Sent. par. 1. in quaestio. de essentialib. Matrim. art. vlt. contra Magistrum Sent. qui in 4. dist. 27. tenet, solos consensus de presenti in duo matrimonia contra copulam constituere bigamum, cuius contrarium docent auctores praedicti, cum Hostiensis in Summa, lib. 1. tit. de bigamis non ordin. num. 2. §. Quis dicitur bigamus, & Innoc. III. in capit. *Debitum*, de bigam. Ratio praeter determinationem factam ab Innoc. est, quia cum non adit commissio carnis in huiusmodi matrimonio, non perfecte significatur assumptio, & unio humanitatis cum verbo Diuino.
- 14 *Tertium est*, Iterata sponsalia contra copulam, aut etiam cum copula irregularitatem non inducunt, ex Soto, ubi supra, ob eandem rationem.
- 15 *Quartum est*, Matrimonium ratum, sed non consummatum, cum duabus irregularitatem non inducit, sic Simon. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 3. num. 10. ubi etiam ait, quod si quis cum vna cohaerit, a qua postea soluitur, & aliam ducat non efficitur irregularis, quia nulla apparet carnis diuisio.
- 16 *Quintum est*, Iterata adulteria, fornicationes iteratae, aut concubinae plures, irregularitatem non inducunt, & hoc siue cum virginibus, siue viduis fiat, vt colligitur ex cap. quia circa, de bigam. S. Thom. in addit. 3. part. q. 66. art. 1. ad 2. & Syluest. verbo Bigamia, num. 1. Palud. 4. dist. 27. q. 4. art. 1. Gabr. 4. dist. 27. q. 3. artic. 1. Notab. 1. Soto 4. dist. 27. q. 3. art. 1. §. Bigamus. Simone Maiolo, lib. 1. de irreg. cap. 3. nu. 3. & 10. ubi citat pro hoc Ioan. de Fauent. antiquissimum Decretorum glossatorem, in c. si quis viduam, dist. 50. Marco Anton. Cuccho li. 1. Institut. Iur. Canon. titulo 5. Sebast. Medice. par. 2. tit. 9. q. 28. Ratio est, quia ad irregularitatem contrahendam, non satis est quaecunque carnis commissio, sed quae est cum ijs, non habeo consilium contractum est matrimonij Sacramentum de iure, vel de facto, fornicaria autem coniunctio non significat unionem Christi cum Ecclesia.
- 17 *Sextum est*, Coitus contra naturam, & extra vas naturae debitum, non sufficit ad irregularitatem bigamiae efficiendam, vt ex dictis manifestum est, & expresse tradit Alph. Vivald. ubi supra tract. de Irregularitate bigamiae, num. 25.
- 18 *Quoad diuisionem eius* variae bigamiae species ponuntur, aliqui enim duplicem bigamiam ponunt, veram scilicet & interpretatiuam; Alij vero triplicem, addunt enim duabus prioribus tertiam, nimirum similitudinariam: Nos sic diuidemus in duas species, scilicet, in *Bigamiam secundum rei veritatem*, & secundum *iuris fictionem*. Bigamia secundum veritatem rei est, cum quis duo vera, & valida matrimonia contraxit, non solum rata sed etiam consummata; intellige successiue, & diuersis temporibus; Nam pluralitas vxorem simul, non solum aduersatur iuri scripto (vt pater in cap. Gaudemus, de diuort. & Matth. 19. Qui fecit hominem ab initio), masculinum & feminam fecit eos; & Adhaerebit vxori suae; & erunt duo in carne vna,] significans dum voluisse Matrimonium esse, coniunctionem vnus cum vna non vnus cum multis, & Conc. Trident. Sess. 14. de reform. mat. rim. can. 2.) sed etiam iuri naturali, tum ex parte mulieris, vt certum est apud omnes, nunquam enim vna mulier pluribus nubere potuit, tum ex parte viri, vt docent Innoc. in d. cap. Gaudemus, & Theologi plerique in 4. dist. 33. ubi Soto art. 1. Conclus. 2. art. 2. & Bellam. lib. 1. de Matrim. cap. 10. quicquid Durand. 4. d. 33. quaest. 1. & Alphonsus Episcopus Abulensis, in cap. 19. Matth. q. 30. putent non repugnare ex parte viri, sed falluntur; quia Gen. 3. Adam dixit hoc nunc os ex osibus meis: & erunt duo in carne vna Matth. 19. & quia A-

rist. lib. 8. Ethic. ca. 1. 2. expresse docet, pluralitatem vxorum iuri naturae aduersari; tum, quia zelotypia multarum vxorum redit in incommodum libertorum, & eorum promotionem; tum, quia non ita bene conferuatur amicitia, & fedus viri in coniugem; tum, quia commodus vir generacioni operam dabit circa vnam, quam circa multas, vnde plura apud auctores citatos. Quod autem bigamia bene perfecta significationi unionis Christi cum vna Ecclesia repugnet, manifestum est, & habetur tum ex omnibus dictis, tum ex c. Debitum, de bigamis non ordin.

- 20 *Dubium primum est*, An huiusmodi Bigamus sit irregularis iure Diuino, vel iure canonico. Quidam, vt Mar. Nocin. in cap. Ad audientiam, de homicid. & alij, vt refert Innoc. in c. Nisi cum pridem, §. persona vero, de renouatione existimant esse de iure Diuino, quia 1. Tim. 3. praecipitur, vt presbiter sit vnus vxoris viri, q. d. si vxoratus sit saluatus sit vxoratus cum duobus. Alij tamē omnes vt Inn. in d. c. Nisi cum pridem, §. persona vero, & ibi Host. & Panor. nu. 19. Petr. de Anchar. consil. 123. S. Thom. in addit. 3. p. q. 66. art. 5. Palud. 4. d. 27. art. 5. in fine. Rich. 4. dist. 27. art. 4. quaest. 4. Summa Aftenfis, par. 2. lib. 6. tit. 7. q. 1. Dur. 4. dist. 27. q. 4. num. 8. Gabr. 4. d. 27. quaest. 3. art. 3. post dubium quaeritur. S. Anton. 3. par. tit. 25. de irreg. cap. 3. in fine. Host. summa lib. 1. tit. de bigam. non ordin. §. vlt. Sotus, 4. d. 27. quaest. 3. art. 1. Martin. Ledesin. 2. 4. q. 68. art. 4. Syluest. verbo, bigamia, q. 6. Tabiena, verbo, bigamia, num. 6. §. Septimo. Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 197. §. Quinto. Henrriquez lib. 1. de Sacram. Matrim. ca. 6. §. 11. & lib. 2. de irreg. cap. 1. §. 3. & cap. 4. §. 1. Simon Maiol. lib. 1. ca. 31. num. 14. & Alphonsus Vauadius tract. de Irregul. num. 9. 10. 30. & 31. Gregor. de Valentia tomo 4. Disp. 7. quaestio 19. Pantho 3. docent esse solū de iure positivo, quibus enim constituto haec a Apostolis edita sit, non tantum inde consequens est, vt sit de iure diuino, vt enio erudit tradit Soto ubi supra, Apostoli non solum erant Apostoli, verum etiam Ecclesiae Rectores, & Pastores, sicut modum est Summus & reliqui Pontifices, vnde quatenus Apostoli vtebantur spiritu propheticum, quo Sacram. scripturam condebant; sed quatenus Pastores, & Ecclesiarum praesides statuiebant aliquas leges, vt Act. 15. & dabant consilia, vt 1. Corint. 7. Praeceptum Domini non habeo consilium autem do, & alia quae debebant ministros Dei, & Ecclesiae tuentur, qualis est hoc de quo agitur, vt scilicet Duo Sacramentorum minister vnus tanquam vxoris vir esset, vt vnionem Christi cum vnicā sua Ecclesia representaret; quod etiam modo ibidem dixit, Episcopum debere esse hospitalem, pudicum, non violentum &c. non tamen haec omnia de iure diuino sunt. Illa igitur solum dicuntur esse iuris Diuini, quae a Christo instituta sunt, vel ad necessitatem & naturam Sacramentorum, vel quae ad fidem pertinent & obediunt mysteria supra rationem naturalem instituta; De cetero vero Sacramenti ordinis non est, vt susceptor non sit bigamus quod ex eo patet: quia si aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem accipit, vt S. Thom. Summa Aftenfis, Soto, & alij vt Gemin. in capitulo alter canon. colum. 2. de bigam. libro sexto Archidiacon. dicit. cap. de Specul. in tit. de dispens. §. iuxta, uel. de defectus, & ver. de scias, Simon Maiol. lib. 1. de Irregul. cap. 3. numero decimo tertio, Rota Deciso. 447. de bigam. in nouis, testatur, quos sequitur Henrriquez libro 14. de Irregul. ca. 5. uel. Ita uero, & colligitur ex cap. Quicumque penitentia, dist. 50.

23 *Dubium secundum est*, An qui bigamiam contraxit ante Baptismum ducendo duas vxores, aut etiam viduam, vel corruptam ab alio, & postea baptizatus, sit irregularis? Ratio dubij est: quia irregularitas est impedimentum Iuris Canonico inducitur, infidelis autem non baptizatus, legibus Canonice non sunt subiecti; Ecclesia enim non iudicat de his, qui foris sunt, 1. Corint. 5. Item, quia omnia delicta per baptismum delentur, per Baptismum enim renouatur homo, & omnis macula culpe, & pena conuicta per illum tollitur, ergo multo magis bigamia, quae aliquando sine crimine contrahitur. Item, si quis ante baptismum occidat hominem, per baptismum tollitur talis macula.

